


Dies mei sicut Umbra declina  
uerunt: et ego sicut fenum  
arui. Tu autem Domine  
in eternum permanes.

Esto memor q̄ puluis eris et Vermibus esca  
In gelida putrens quando iacebis humo  
Non eris in mundo qui te Velit Ultra Videre  
Cum tua ranādiō: sit caro rupta cane.



Auctor

Vos Videntes in hac protractura  
Omnes status mundi choreantes  
Hic notate qualis sit natura  
Humanorum dirigite mentes  
Nunc Viuentes statim morientes  
Putrescentes relictis omnibus  
De carnibus Vermes nutriendos  
Omnes status sunt dati Vermibus.

Nil est homo qui bene cogitat  
Nisi Ventus res transitoria  
Quisquis Videt clare qui pensitat  
Hanc choream nudam leticia  
Hec igitur cunctis hystoria  
Sit permanens et mente stabilis  
Ut quilibet fruatur gloria  
Felix ille qui gaudet in celis.

Vtile est q̄ rememoretur  
Mare sero: nam talis hodie  
Viuu sanus qui cras morietur  
Ergo quisque credat hystorie  
Sunt aliqui mundane glorie  
Tam dediti q̄ quicquid agatur  
Nichil credunt: pleni leticie  
Nuncq̄ credunt quousq̄ tangantur

Quantum sunt qui hic abutuntur  
Ac non esset Verus paradysus  
Aut infernus: sed cruciabantur  
Ut scriptura testatur omnibus  
Absoluti cunctis reatibus  
Vos orate qui nunc hac transitis  
Ut amici saluentur precibus  
Cum orare valeat defunctis.